

Georg Dasen Johann Quistorp

Disputatio Anniversaria De Quibusdam Globi Terrestris Conditionibus

Rostochii: Myliandrus, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729075826>

Druck Freier  Zugang



G. Tassenius.
R. U. phil. 1609.

29
Disputatio Anniversaria
DE
QUIBUSDAM GLOBI
TERRESTRIS CON-
DITIONIBUS,

Quam

Divina auxiliante gratia

PRÆSIDE

Dn. M. GEORGIO DASENIO
Mathematicum Profess. P.


defendet publicè

JOHANNES QUISTORPIUS
Rostoch.

Habebitur disputatio in Auditorio Majori 27. Maij
hora 6. matutina.



ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander
Anno 1609.



CLARISSIMO DOCTISSI-
MOQUE

DN.

DECANO,

Cæterisq; amplissimæ facultatis
Philosophicæ in inelyta Ro-
stochiensî Academia,
Professoribus.

*Dominis Præceptoribus ac fautoribus
suis colendis.*



Offert

Respondens.



THE SIS I.



Niter reliqua natura rerum admiranda illud non infimum aut postremum est quod totius terra & Oceani moles miro ordine in unum globum divinius coagmentata connexa & copulata pendet, ut Poëta verbis utar; & in nullo ponit vestigia fundo.

2. De quo acturi Terram una cum Mari quod Atlanticum quod Magnum quod Oceanum vocamus, unum globum constituere; Medium totius mundi tenere; puncti rationem ad supremos orbis caelestes collatam habere; Inq; medio totius quiescere defensabimus.

3. Et quod ad id, quod terra & aqua unum esse globum, centrum itidem unum dicimus, quamvis olim tum à Theologis tum à Philosophis varie fuerit disputatum, nobis tamen mens non est, illorum hic referre opiniones.

4. Age utriusq; Elementi superficiem convexam à mundi centro aequidistare rationibus quibusdam dabimus.

5. Si enim quis terra marivè iter instituat, & vel ab Oriente in Occidentem vel à Septentrione in Meridiem vel aliam quamcunq; partem hisce interjectam pergat, is non illo, ad quem pertingit, loco, easdem cali & terra partes, quas in eo à quo digrediebatur, conspexerat, notare poterit.

6. Ratio qua? nisi quia Terra & aqua convexum obstat ro-
tunditate sua ante conspicuum oculi eripiens.

7. Patet id tam in Longitudine quam Latitudine globi terreni: & quidem quo ad Longitudinem seu ab ortu in occasum constat hinc quod stella eodem tempore nec oriuntur nec occidunt populis orientioribus & occidentalioribus sed illis estiu, his ta dius, contestante experientia, idq; propter tumorem in longitudine qui hac causat

8. In latitudine autem seu à Septentrione meridiem versus,

Et vice versa, idem probatur, ex diversa Elevatione polari in locis
diversis. Hinc experientia Instrumentag³ testantur, si quis terra ma-
rive recta sub Meridiano procedat à septentrione in meridiem &
contra, & spacium 15. milliarium German. vel stadiorum 480. fue-
rit mensus, huic polum vel aliam quandam stellam quam in obser-
vatione adhibuerit per unum gradum occultari, vel etiam in sensus
incurrere, prout ante vel retro iter instituerit.

9. In corporibus enim rotundis quæ ex omni parte equaliter
distant ab invicem, & unum idemq³, centrum habent, arcus similes
seu proportionales ex necessitate demonstrationum Geometricarum,
sibi respondere coguntur.

10. Quod certe in terrestri globo fieri videmus, quia sumptis in
eo aliquot certis intervallis, hisce in calo tot arcus, quot in tellure
dati sunt proportionales correspondere deprehenduntur.

11. Idem evenit sub quo vis meridiano vel alijs circulari iter fa-
cientibus, pro ratione certorum intervallorum, quæ in terra notata
sunt, aequalibus namq³ intervallis in terra acceptis æquales arcus
maximi circuli caelestis respondent, & in aequalibus inæquales sub
eadem ratione.

12. Colligimus igitur, nisi tellus & Oceanus in unum globum
coirent, & una cum reliquis orbibus caelestibus commune centrum
haberent, hæc proportionalitates non paterentur, nec similibus an-
gulis similes arcus pari ratione responderent.

13. Militat & pro terra rotunditate ratio ab Ecclipsib. luna-
rib. desumpta: tum quia non eadem hora orientioribus & occiden-
tioribus offertur, fidis id referentibus testibus, Astronomis astipulan-
tibus experientiaq³, cõprobante, idq³ propter diversos horizontes quos
terra rotunditas describit: perinde ac ad montis radicem hærenti, ejus-
dẽ tumor, ea quæ ex altera parte posita sunt, occultat: tum quia um-
bra corporis sui figuram refert, ex umbra igitur rotunda in ecclipsi
lunari, à terra & aqua globo procedente, ejus rotunditatẽ colligere est.

14. Dubitet quispiam, qui possit esse terra & aqua centrum
unum, cum solam terram centrum occupare constet? nec posse, quia
terra

terra gravitatem quam aqua habet majorem. En posterius *ταυρω*
objectum, gladium mihi, quo prioris feriam jugulum, concedit, sola
inquam occupat terra propter gravitatem majorem. Vnum habet
quia concavitatibus multis peruia terra est quibus tamquam sinus
aquam suscipit, & cum suscepta globum conficit. non quidem ita
perfectum qualem Geometra definunt, globum tamen.

15. Quod ita formasse (Plinij verba sunt lib. 2. c. 65.) artifex
natura credi debet, ut cum terra arida & sicca constare per se ac sine
humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra mutuo
implexu jungerentur, hac sinus pendente, illa vero permeante totam,
intra, extra, supra, venis ut vinculis discurrentibus, atq; etiam in
summis jugis erumpente.

16. At videntur terra rotunditatem summa montium altitu-
dines, valliumq; profunditates tollere? Nihil minus ut non sphaera
artificialis rotunditatem macula à pulice vel musca relicta.

17. Vnum ex terra & aqua globum confieri haecenus vidi-
mus, nunc quem universi locum occupet videndum, ratio melior
maxima Astronomorum pars cum philosopho 2. de Cael. t. 101. re-
spondebit ἀνάγκη ἴπαι τὸ μέγεθος αἰσῶν τῶν γῆν & cum Manilio:

Imaq; de cunctis mediam tenet uadique sedem.

18. Varia hoc comprobabunt Φαινόμενα, ex stellarum fixa-
rum ortu & occasu, Equinoctijs, Ecclesijs, umbris & cat. peti-
ta, unam hic assignasse rationem sufficiat.

19. Non poterit esse extra medium, in medio igitur erit. 1. non
ad ortum magis, anne enim ita qua ad ortum nobis utpote viciniori-
bus majora, qua ad occasum ut remotioribus minora apparerent?
anne ita hora antemeridiana forent brevissima, pomeridiana lon-
gissima? negat utrumq; sensus & experientia. 2. Non ad occasum
magis, darentur enim antepositis contraria. 3. Non supra non infra
medium, ad polorum alterutrum: quum hoc modo Horizon caelum in
duo equalia non dispeceret hemisphaeria, nec sex signa supra horizon-
tem existerent semper: rectè igitur hinc inferimus, si nec ad latera
nec supra nec infra est, in medio erit terra.

Et 3

Quin

20. Quin & hunc locum terra tamquam sedem sibi ex natura competentem flagitat; propter gravitatem, ad infimum locum, punctum videlicet à cælo remotissimum, quod non nisi centrum & universi medium, tendentem: judicium id ex partibus globi terrestris, toti homogenijs fieri licet.

21. Hac in medio consistens, quamvis per se considerata, magne videatur molis, cum toto tamen universo commissa, puncti instar est: secus si foret nec cæli medietatem cerneremus, non sexul taurum in oriente, in occidente capricornum: non leonem in ortu & Aquarium in occasu opposita sydera conspiceremus, nec eandem ejusdem syderis quantitatem omnes terram inhabitantes notarent: majorem proximiores minorem remotiores quod utrumq; experientia refutat.

22. Magnum & id argumentum est ejus quam proxime posuimus positionis probanda: quod ex dioptris gnomonibus, alijsq; Mathematicorum instrumentis desumitur quæ quocumq; terra loco ponantur, tantundem valent, quantum in terra centro, monstrantq; in superficie terra, veras siderum altitudines, planetarumq; (tres solum inferiores excipe Venerem Mercurium & Lunam, ad quos collatus orbis terrestris sensibilem ac notabilem habere quantitatem hic supponimus) motus, & cæc non secus ac si in terra centro fierent observationes, quorum sane quantitatem & positum intercapedo ex centro ad superficiem usq; terra pertingens, mutaret, si sensibilis terra, respectu superiorũ planetarum, machinaque cælestis foret quantitas.

23. Ad ultimum tandem nostrarum thesum positionem de terra quiete descendimus paucis illam ex sacro codice, rationeq; depromptis argumentis stabilientes.

24. Quietem ejus firmat Psaltes Psal 93. 1. dominus regnavit, celsitudinem induit, induit dominus fortitudinem; accinxit se: etiam firmabitur orbis ne nutet. Psal. 104. 5. fundavit terram super bases ejus ne nutet in seculum & in seculum. Ecclesiast. 1. 4. generatio vadens, & generatio veniens; & terra in seculum stans. Item: & miraculis connumeratur quod solem consistere Josua 10. 12. aut retrocedere 2. Reg. 20. vers 9 10. 11. Josa. 39. voluerit Deus.

Quietem

25. Quietem astruit ratio: unum uni corpori simplici eumque simplicem assignans motum, cuius non nisi illum qui vel secundum rectam lineam idque vel sursum vel deorsum, & qui in circulo agnoscit species.

26. Ex priori classe illum qui est secundum rectam lineam deorsum, terra simplici corpori tribuendum esse negare nemo, nisi quod sensuum iudicium certissimum negare velit, poterit.

27. Sed locum infimum obtinens, ad illum non movetur motu hoc deorsum, recederet enim à centro, quod est ascendere: hoc autem terra contra naturam. Et quod tantum agens, tanta pollens virtute ut suo terram deirudere posset loco? taceo absurda quae magno agmine hanc essent insequutura assertionem, omnia inquam illa quae in terra extra medium universi posita ab Astronomis; ab Philosophis enumerantur. celeritate sua quum sit gravissima quicquid reliquorum gravium anteverteret, sibi innixa desitueret, in aëre pendentia relinqueret.

28. Non circulari movebitur: est is terra violentus, & quia violentus propter naturam & violentia pugnam, nec certus nec stabilis, nec perpetuus; quia in hac lucta vel tandem naturam vel violentiam, vel utramque succumbere necessum erit.

29. Quis non videt hoc concitatissimo motu & celeritate insuperabili qua 24. horarum spatio totus terrenus orbis in gyrum esset contorquendus omnia aedificia, domos, deturbari? rerum cohaesionem terra nascentibus necessariam illa vertigine concuti & impediri? quomodo gravia in altum projecta perpendiculariter, in illum ex quo projecta relaberentur locum? quod in curru vel navigio celerissime concitato non fieri cernimus.

30. Non à Septentrione ad meridiem circulariter movetur, & vice versa, sic enim non solum cerneremus illum verticem qui nobis sublimis, sed & illum quem sub pedibus styx atra videt manesque profundis nec ab occidente ortum versus, & contra, contrario enim semper motu in aëre pendentibus nubes meteora & cat. concitari de-

prehen-

prehenderimus quia pernicem hunc terra motum consequi non possent.

31. Concludimus igitur terrenum globum omnis motus localis tam rectis quam circularis immuncem in medio quiescere, *ὅτι τὸ ἐδαφὸς*

COROLLARIA.

1.

Mare non est terra altius.

2.

Arenam maris, terra latitudinem, abyssum quis est dimensus? haccine ut impossibilia enarrantur? N.

3.

Euripi isti sub polo Arctico fictitij.

4.

Littoris Baltici Rigensis profunditas, contra nautarum nostratium diversum statuentium assertiones, immensa non est, sed investigari potest.

5.

Ex mari flumina & in mare regrediuntur.



terra gravitatem quam aqua habet majorem. En
objectum, gladium mihi, quo prioris feriam jugula
inquam occupat terra propter gravitatem majorem
quia concavitatibus multis peruia terra est quibus
aquam suscipit, & cum suscepta globum conficit.
perfectum quale Geometra definunt, globum tam

15. Quod ita formasse (Plinij verba sunt lib.
natura credi debet, ut cum terra arida & sicca con
humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustin
implexu jungerentur, hac sinu pendente, illa vero
intra, extra, supra, venis ut vinculis discurrentibus
summis jugis erumpente.

16. At videntur terra rotunditatem summa
dines, valliumq; profunditates tollere? Nihil mi
artificialis rotunditatem macula à pulice vel musc

17. Vnum ex terra & aqua globum consi
mus, nunc quem universi locum occupet videndi
maxima Astronomorum pars cum philosopho 2.
spondebit ἀνάγκη τῆν τὴν πέτρῃς εἶναι τῶν γλῶκ

Imaq; de cunctis mediam tenet uadiq;
18. Varia hoc comprobabunt Φαινόμενα,
rum ortu & occasu, Equinoctijs, Ecclipsibus, u
ta, unam hic assignasse rationem sufficiat.

19. Non poterit esse extra medium, in medi
ad ortum magis, anne enim ita qua ad ortum nob
bus majora, qua ad occasum ut remotioribus mi
anne ita hora antemeridiana forent brevissima,
gissima? negat utrumq; sensus & experientia, 2.
magis, darentur enim antepositis contraria. 3.
medium, ad polorum alterutrum: quum hoc modo
duo aequalia non disspiceret hemispharia, nec sex
tem existerent semper: rectè igitur hinc inferimus
nec supra nec infra est, in medio erit terra.

et 3

